

cum dissentire sese Io. Clericus c. l. non prodat, suam ipse mentem
Dissert. III. Commentario in Genesin præmissa §. 2. ita declarat, ut Mo-
 sen, quæ de rebus ante se gestis exponit, ex prisca Patriarcharum mo-
 nimentis compilasse, & cum ætatis suæ historia connexuisse perten-
 dat; in ipsis quoque *Commentariis ad Libros V. T. Historicos*, tum &
 in *Arte Critica* passim, tanta cum παρεγγενιος & licentia, corruptionis,
 mendorumque extum sacrum insimulat, corrigit, transponit, ac emen-
 dare prælumit, quanta usurus nunquam fuisse, si divinæ eum origi-
 nis, ac ex inspiratione profectum existimat.

II. *Quæ ante cognita & perspecta habebant scriptores sacri, quæ-
 ve ab aliis sive scripto sive ore tradita, percepserant, eorum nova quidem
 inspiratione non egebant, ad cognitionem privatam, egebant tamen,
 & fruebantur ad producendam scripturam Θεόπνευστον.* Scribentes
 enim, non ut privati, sed ut amanuenses Dei agebant, ab ipsius influxu
 & concurso immediato toti pendentes; æque uti Secretarius ea quo-
 que, quæ privatim fibi noverat, ex dictantis heri ore haurit, ac in lite-
 ras refert, nomine non suo, sed principis exarandas. Hinc periculo
 non caret Anton. Hülfii *de authentia absoluta S. textus Hebr. cap. II.*
p. 5. inter Θεοπνευστα & Θεοδιδαξην distinctio, quam ita declarat,
 ut illam dicat, qua Dei amanuenses scribebant ejusmodi res, quæ
 aliunde non constabant, quam ex solius Dei afflato; Θεοδιδαξην au-
 tem, qua tales scribebant ac docebant infallibiliter quidem, quorum
 tamen cognitionem, Deo labore & studio benedicente, aliunde habe-
 bant, quam ab afflato. Sic Johannem scribentem Apocalypsin, Θεό-
 πνευστον fuisse, scribentem autem Evangelium, in plerisque saltem
 Θεοδιδακτον extitisse, quatenus ea scriperit, quæ oculis suis usur-
 paverat. Quo sane commento divina saltem benedictio, & ab erro-
 re præmunitio, in descriptione rerum gestarum, quarum vel pars
 ipsi scriptores sacri, vel oculati testes fuerunt, ipsis tribueretur, mi-
 nime autem inspiratio & suggestio divina; adeoque maximæ & fere
 princeps historiarum Scripturæ pars infallibilis quidem, ast non
 divinæ, sed humanæ saltem originis esset, nec πᾶσα γέωφη Θεό-
 πνευστος dici mereretur.

III. *Qui rerum quidem suggestionem Deo tribuunt, dispositio-
 nem autem, phrasin, & stylum, hominum ingenio atque industria re-
 linquunt*